

quero gratiam. Amen amen dico uobis.  
 si quis sermonem meum seruaue-  
 rit. mortem non uidebit in eternum.  
 Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus.  
 quia demonum habes. Abraham mortuus est  
 & ioseph & tu dicis si quis sermonem  
 meum seruaerit. non gustabit mortem  
 in eternum. Numquid tu maior es patre  
 nostro abraham qui mortuus est. & ioseph  
 mortui sunt. Quem te ipsum facis.  
 Respondit ihesus. Si ego glorifico me  
 ipsum. gloria mea nichil est. Est pater  
 meus qui glorificat me. quem uos dicitis  
 quia deus noster est. & non cognouistis eum.  
 ego autem noui eum. Et si dixerero  
 quia non scio eum. ero similis  
 uobis mendax. Sed scio eum. &  
 sermonem eius seruo. Abraham pater  
 uoster exultauit ut uideret diem meum.  
 uidit & gauisus est. Dixerunt ergo  
 iudei ad eum. Quinquaginta annos  
 non dum habes. & abraham uidisti.  
 Dixit eis ihesus. Amen amen dico  
 uobis. ante quam abraham fieret  
 ego sum. Tulerunt ergo lapides  
 ut iacerent in eum. Ihesus autem  
 abscondit se. & exiit de templo.  
*Oratio* Confitebor tibi domine in toto corde meo.